UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Avla ... Thesavrorvm Dei In Passione D. N. Iesv Christi Effusorum ad Resvrrectionem Mvltorum

Eyschen, Georg von

Coloniæ, 1656

§. 133. Nec inveniebant. v. 55.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45533

Visual Library

§. 133. *Nec inveniebant.* v.55.

Equidem dicebant, quod *Sabbathum non cuſtodiret*, alij, *quod contra le-*
gem Moyſis prædicaret & alia friuola; ſed prô illa erant diſconuenientia; qu
ipſe iam pridem hæc refutarat & reſponderat, adeò quidem vt obmute-
rent ſemper, vti patet in Euangelij ſerie; nam primo, cum ſabbatho curaſ-
dixit eis: *Cuius veſtrum aſinus aut bos in puteum cadet, & non continuo extra-*
illum die ſabbathi: de altero illis reſponderat: *ſi crederetis Moyſi crederetis fo-*
tan & mihi. Hæc in ſpiritu præuidens Dauid in perſona eius dixit: *Concili-*
malignantium obſedit me, non attendens illud Exod, 29. *Non loqueris con-*
proximum tuum falſum teſtimonium nam loco huius præcepti: *Reſurrexer-*
in eum teſtes iniqui & mentita eſt iniquitas ſibi; id eſt, iuxta ſuum placitum fi-
pro veris obtruſerunt, & ad iniquitatem prouerunt, & ideo ſibi ipſis ma-
nocuerunt quam Chriſto.

O Innocens Ieſu, ô immaculate Ieſu, Saluator noſter te obſecro per i-
nocentiam illam & puritatem vitæ, quam adeo innocenter tranſeg-
vt in verbis vel factis tuis nihil potuerit inueniri, quod iure inimici argu-
erent, imo ne quidem ſpeciem mali volentes reperire potuerint. Conce-
re dignare mihi eam in vita, innocentiam, caſtitatem, puritatem, vt princeps
mundi huius ſaltem in fine vitæ meæ, nihil inueniat maculæ, cui contradi-
cere habeat, & accuſare apud te Deus meus.

§. 134. *Multi autem falſum teſtimonium dicebant aduerſus eum.* v.56.

Cum iam verum non poſſent habere contra Ieſum teſtimoni-
ſubordinauerunt Pontifices, Scribæ & Phariſæi de Concilio, quoſdam p-
cunijs & promiſſionibus, qui dicerent falſum teſtimonium, vt ſic haberent
apparentem iuſtitiam & cauſam fucatam: in quo ſupra modum patet in-
dulciſſimi Saluatoris, quod inimici ſui peruerſi non poterant ex omni ſ-
tia ſua inuenire, quo poſſent eum accuſare, licet varia proferrent, quod e-
ſet videlicet magus, Samaritanus, vorator, potator, ſeductor populi: & alia
ſimilia, adhuc tamen opera Chriſti de quibus accuſabant eum, erant ita co-
gnita vt manifeſtè paterent his contraria mendacia, neque haberent appa-
rentiam veri: vide hic mi homo diuerſa hominum ſtudia, pro diuerſo affe-
ctu ſuo. Magi quærunt Dominum, vt eum adorent, Herodes vt occidat,
parentes vt eum amanter cuſtodiant & ei ſeruiant, turba vt eum tangat &
Regem faciat, ſeniores autem iſti, vt eum interficiant: ô quam periculo-
ſum eſt ſeſe immergere in deſideria appetitus ſui! & non frænare ipſa co-
gimine rationis! Cur non fecerunt abſque omni teſtimonio? Ecce enim hi
conſecrati Dei, hi Docti, hi Seniores, ſuam iniquitatem & inuidiam fo-

m